

SERENISSIMO PRINCIPI
JOANNI-BRETAGNE-CAROLO-GOTHOFRIDO
DE TREMOLLIA,
TOARSENSIUM DUCI, PRINCIPI TARENTINO, LAVALLENSIUM COMITI, BARONI DE VITRÆO, &c. PARI FRANCIÆ, COMITIORUM ARMORICÆ PRÆSIDI NATO.

Vovet, offert & conſecrat obſequentiſſimus F. GAYAT, *Chirurgicis ſtudiis addictus.*

THESES ANATOMICO-CHIRURGICÆ.



D ſublimem Corporis humani partium, elegantemque ſymmetriam attendens, quis admirationem ſuam contineat ? quam ſtupenda tot fibrillarum artificioſa diſpoſitio ! his coeuntibus, quot exurguunt organa ! quam varia, quam vario diffunguntur officio ! alia enim vectium, alia

cuneorum, Trochlearum Elaterumque vices obeunt. Quantus sit partes inter omnes consensus, quantaque concordia, adeo ut, unâ læsâ, cœteris periculum immineat, totiusque machinæ mirabilis concinnitas ruat. Patebit expositâ claviculæ fracturâ de quâ dicturi sumus, paucis de Anatomiâ præmissis.

CLAVICULÆ duo sunt ossa, in thoracis parte superiori ad utrumque latus transversè anteriùs posita.

IN unâ quâque claviculâ, corpus, extremitates, figura, substantia, situs, connexio & usus, consideranda veniunt.

CLAVICULA brachio agilitatem consiliat, versùs Thoracem ne nimis feratur impedit, & musculis quibus-dam insertionem præbet.

CONTINUI solutio per instrumentum retusum in os illatum, propriè fractura dicitur: omnis ergò violentia externa, corporum gravium delapsus, cujuslibet instrumenti percussio, dum modò contundendo lædat, pro fracturarum causis habentur.

FRACTURA vel est simplex, composita vel complicata, multas prætereà differentias desumit ex diverso fragmentorum ossis fracti sitû, diversâque figurâ.

MULTIS mediis dignosci possunt fracturæ, visû scilicet Tactû; auditû &c.

MULTA fracturas sequuntur accidentia, functio ossis ut plurimùm læsa, dolor, inflammatio, febris, hæmorragia, convulsio, gangræna, &c.

SIMPLICITAS, compositio & complicatio fracturarum prognosin constituunt.

FRACTURARUM ad curam tria necessariò requiruntur; ossis restitutio in situm naturalem, in illo sitû retentio, & calli laudabilis generatio.

FRACTURIS non parum obnoxiæ sunt claviculæ, tum illorum

proptèr ſitum tranſverſum ; tum proptèr tenuitatem.

VEL obliquè vel tranſversè franguntur claviculæ, in unâ tantum aut in diverſâ continuitatis parte, nonnunquam cum fragmentis à ſe invicem recedentibus & vicina pungentibus, hinc variæ clavicularum fracturæ.

QUOD ad cauſas pariter & ad ſigna fractæ claviculæ attinet; prolixitatis vitandæ cauſâ, ad ſigna cauſaſque fracturarum in genere, revocandum ſatiùs nobis videtur.

DEDUCENDA eſt prognoſis è diverſâ fracturæ ſpecie, & accidentium ſævitiâ, periculoſior fractura in obliquum, periculoſiſſima quæ cum graviori contuſione, fragmentiſque à ſe invicem receſſis.

FRACTA clavicula facilè reponitur, at in ſede ſua retineri, *hoc opus, hic labor.*

ÆGROTUS ritè collocandus, extentio tunc & contra extentio à miniſtro celebrandæ, os fractum componendum & in ſede naturali, faſciarum ſpleniorumque ope, pro variis fracturæ ſpeciebus, retinendum.

VINCTURA ſimplici, ſpicâ dictâ, utimur, ſpleniis priùs impletis cavitatibus ſuprà & infrà claviculam, & his ſuper impoſitò ſplenio longo cujus pars media ſub axillâ applicatur, ita ut capita in formam litteræ X. ſupèr claviculam læſam ſe invicem decuſſent, quibus per actis mentilis ope brachium ſuſpenditur.

CLAVICULÆ repoſitæ ne dimoveantur, de ſpeciali inſtrumento in formam litteræ T. confecto quô ſcapulæ firmantur, & retrorſùm continentur differunt. Heiſt. (*a*) & D. Lecler (*b*).

A reliquo oſſe ſi fragmenta recedant, carnes pungant, vel repoſitionem impediant, inciſionis ope, ſi neceſſè habeatur, eximenda ſunt, ſubjacentium intereà partium læſio præcavenda.

(*a*) Chir. p. 1. lib. 2.
(*b*) Chir. tom. 2. pag. 330.

Si sint accidentia deligationem frequenter expetentia, fasciâ ductibus figuram ∞ efformante, partemque læsam non integrè tegente, humeri retrorsùm continendi sunt, dum morbus complicans mediis idoneis debellatur.

Has Theses, Deo Juvante, & Præside LUDOVICO-ANTONIO RAVENET, Liberalium Artium & Chirurgiæ Magistro, scholarum moderatore, necnon Nosocomiorum Castrensium & Regis exercitûs Chirurgo, *tueri conabitur F.* Gayat *Janivilleus, in almâ Universitate Parisiensi Artium Magister, necnon nupèr de præcipuis in Nosocomio Parisiensi, nuncque Illustrissimi Ducis de Tremolliâ Chirurgus.*

PARISIIS,

IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS.

Die Veneris 28â. Junii, à sesqui-secundâ post meridiem ad septimam. Anno reparatæ Salutis 1754.

PRO ACTU PUBLICO

ET MAGISTERII LAUREA.

Typis Fr. Delaguette Chir. Collegii Typographi.